¶ De tribus horis q̄bus pēdebat Je-
ſus viuens in cruce: ꝛ de multiplicibꝰ
opprobrijs ꝛ cōtumelijs ibidē paſſis.

Domine ieſu xp̄e: q̄ es puriſſimū
ſpeculū ſancte trinitatis quē in-
tueor oculis mētis mee: ꝛ ex intimis vi-
ſceribꝰ laudo ꝛ glorifico te ꝓpter qua
litatem quā habuiſti: qn̄ viuens in cor-
pore tres horas in cruce permanſiſti: et
tuam diuinā libertatez detineri volui-
ſti: piam longanimitatē crudeliter extē
di: diuinam benignitatē concuti: ꝛ ex
nimio dolore te factorem celi ꝛ terre in
tantis anguſtijs ꝛ tribulatiōibus po-
ſitum vt irrationabilis creatura tibi cō
pateretur: miſericordiā diuinā tractari
ſine omni miſericordia: clementiā diui
nam orare: ꝛ inuocare patrē pro inimi
cis: gaudium diuinū: leticiaz ſempiter
nam angelorum ꝛ hominū mirabili-
ter cōteri ꝛ ſuper contritionē tuam ini-
micos gaudere: te dn̄m virtutū deride
ri ꝛ deſpectui haberi: ab iniquis blaſ-
phemari: ab impijs opprobria pati ho

nuinem diuinū ⁊ dominicā dignitatē
fieri opprobrium hominū ⁊ abiectio-
nem plebis. Specioſum forma p̄ filijs
hominū eſſe ſine ſpecie ⁊ decore: de cu
ius amabili aſpectu letificat̄ omnis ce
leſtis patria factuȝ eſſe ſpectaculū hor-
roris ⁊ cōtumelie omni ꝑplo: ⁊ terribi
lis ad videndū omnibus inimicis: vt
me amabilē faceres in conſpectu tuo.
Potentiā diuinam ſubiacere magnis
doloribus ⁊ cruciatibus penarum: vir
tutem diuinā iam iamq; deficere intor
mētis. In cuius manu, glorie ⁊ diuitie
tam pauperē fieri vt nudus ⁊ liuidus
⁊ pallidus ⁊ deformis in cruce pende
res ⁊ non haberes vbi caput tuū recli
nares, fidem ⁊ charitatē diuinā, qua
nunq̄ deſeris ſperātes in te, derelictaȝ
eſſe ab vniuerſis: ⁊ ſolus perſtitiſti in
conflictu pugne: in quo tam miſerabi
liter occubuiſti: vt in teipſo experimē-
to didicerēs qualiter nobis deberes cō-
pati. O bone ihesu p̄ hec omnia rogo
te, vt nō permittas ſeparari aīam meā

de corpore: donec pducas me in illam horam in qua tua diuina potentia: ſapientia ⁊ bonitate pficias in me: quod exercitatio centū annorum non poſſet in me perficere. Amen. ¶ De siti Jeſu in cruce: ⁊ amaro eius poculo deqꝫ verbo conſummatiōis ⁊ expiratione Jeſu: ſpirituſqꝫ in manus patris commendatiōe.

Laudo ⁊ glorifico te domine Jeſu xp̄e: propter ſitim quā pertuliſti ex nimia effuſione ſanguinis: ⁊ ardenti deſiderio noſtre ſalutis: cum adheſit lingua tua faucibus tuis: vn̄ ⁊ dixiſti. Sitio. Et tu fons aque viue felle ⁊ aceto potatus. iterū dixiſti. Conſummatum eſt: quaſi diceres Omnia que de me dicta ſunt: cōſummata ſunt in me: quia totū me dedi propter hominē totum ⁊ me totoemi illum totū Et iterꝫ voce magna clamans dixiſti. Pater in manus tuas cōmendo ſpiritū meum: ⁊ ſic inclinato capite ſpiritū emiſiſti Gracias tibi ago ꝙ tam pauper ⁊ inops fieri voluiſti.